

Joachim Ludolph Mayohl

**Viro Præcellentissimo Atque Doctissimo Cognato Svo Perdilecto Domino Joh.
Gottlob Senstio, Rostochiensi, Svmmvm Facvltate Philosophica Gradvm
Gratvlatvrvs, In §Phvm XXI. Tit. I. A. B. Meditationem, Qvæ Negat Extensionem
Illivs Ad Casvm: Si Qvidam Tantvm Vocati Sint Sistit**

Rostochii: Litteris Adlerianis, MDCCXLV. D. IX. Novem.

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1003359329>

Druck Freier  Zugang



phil
RU ~~jurist.~~ 9. Nov. 1745

Mayohl, Joach. Lud.

74

VIRO
PRÆCELLENTISSIMO ATQVE DOCTIS-
SIMO COGNATO SVO PERDILECTO
DOMINO

JOH. GOTTLOB
SENSTIO,


ROSTOCHIENSI,
SVMMVM IN FACVLTA TE PHI-
LOSOPHICA GRADVM
GRATVLATVRVS,
IN §PHVM XXI. TIT. I. A. B. MEDITATIONEM,
QVÆ NEGAT EXTENSIONEM ILLIVS AD

CASVM:
SI QVIDAM TANTVM VOCATI SINT

SISTIT,
JOACH. LYDOLPH. MAYOHL,
PHILOS. MAG.

ROSTOCHII,
LITTERIS ADLERIANIS.

MDCCXLV. D. IX. NOVEM.



§. I.

Ordo intraſtandis ſcientiis uti omni iure laudem meretur, ita ſane J. P. DD, iuſtæ debitæque laudi dandum eſt, quod, dum iura ELECTORUM commemorare inſcriptis ſuis tenentur, etiam non ſine ordine hocce ſuum negotium expediant, & inde iurium electoralium tres conſtituant claſſes, & quidem ita ut cuiuslibet ELECTORIS iura referant ad ea, quæ ei competunt vel 1) qua ELECTORI, vel 2) quatenus tenet archi-officium, vel 3) quatenus eſt dominus territorii. Quæ claſſes eo minus improbandæ, quo magis eas in iurium ELECTORALIUUM natura fundatas quilibet facili negotio obſervabit. In præſenti attendimus ius ELECTORIS MOGUNTINI convocandi ſuos COELECTORES ad electionem REGIS ROMANORUM, & ſi quis deſideret, ut etiam claſſem ex tribus jamjam commemoratis determinemus, ad quam modo dictum ius referendum, expleturi illius deſiderium ſententiam Jct. qui ELECTORI MOGUNTINO COELECTORES convocandi ius tribuunt vi ARCHICANCELLARIATUS, facimus noſtram, haud turbati quibus hanc ſententiam refellere intendit B. LUDWIG in der vollſtändigen Erläuterung der güldenen Bülle Tit. I. §. 18. pag. 174. Not g. Huius aſſertionis omni modo abſolutam demonſtrationem afferre intentionem noſtram, quæ eſt ut planum faciamus Tit. I. §. 21 AUREÆ BULLÆ non diſponere de caſu; ſi quidam ſolum vocati, non explet, quod etiam me tacente

cente quilibet perspiciet, hinc merito eam mittimus & scopo nostro propiora proponimus.

§. II.

Et ita merito pervenimus ad Tit. I. §. 18. A. B, in quo ELECTORIS MOGUNTINI perfecta obligatio convocandi COELECTORES suos ad electionem REGIS ROMANORUM in CÆSAREM promovendi his verbis proponitur: *Præterea statuimus ac etiam ordinamus, ut Archiepiscopus Moguntinensis, qui fuerit pro tempore, singulis principibus coelectoribus suis ecclesiasticis & secularibus electionem eandem per suos nuncios patentibus debeat litteris intimare. &c.* Quia CONVOCATIO ELECTORIS ad singulos COELECTORES vi propositæ constitutionis dirigenda pro scopo habet, ut ad factam convocationem appareant (per §. 19. Tit. I. AB,) nemo nobis vitio vertet si terminum: *singulis Coelectoribus* in h. l. non extendamus ad eos COELECTORES, in quibus finis propter quem convocatio fit, cessat. Summo igitur iure removemus hic e numero singulorum COELECTORUM convocandorum qui convenire nequeunt, quales v. g. sunt proscripti, & hoc modo sunt nobis h. l. COELECTORES singuli convocandi, qui convenire possunt ad elect. R. R, & vice versa.

§. III.

Sunt nota & apud omnes pervulgata principia: obligationem & ius esse e classe relatorum, & relatorum uno posito ponitur & alterum. Quæ dum in memoria tenemus, rite ex verbis in §pho præced. ex AB. præmissis concludimus, esse COELECTORIBUS ius ab ELECTORE MOGUNTINO exigendi convocationem ad electionem REGIS ROMANORUM in CÆSAREM promovendi, cum ad hunc actum obligationem perfectam ELECTORIS MOGUNTINI verba §pho I. adducta exhibent. Jus vero & exertium iuris hic sunt probe discernenda, & quanquam amica interdum horum conjunctio fiat, illorum tamen combinatio non semper est necessaria. Hoc non solummodo ius naturæ docet, dum secundum illud etsi nunquam perfecte sapissime tamen imperfecte obligamur ut abstineamus ab iuris nobis competentis exercitio, five quod idem ut exerceamus remissionem & renunciationem iuris, sed etiam iura adventitium hominis statum respicientia saepe

xum necessarium inter ius & exercitium iuris renuunt: ut hoc probem supposito exempli instar Tit. I. §. 21. AB. qui remissionem & renunciationem iuris COELECTORIBUS vi §. 2. & præced. huj. Sphi competentis ita iniungit. *Quodsi idem Archiepiscopus in executione & intimatione huiusmodi negligens aut remissus fortassis existeret, ex tunc iidem principes, motu proprio, etiam non vocati, pro fidei sua virtute, qua sacrum prosequi tenentur imperium, posthac infra tres menses, sicut in constitutione proxime posita supra continentur, in civitate saepe dicta conveniant, electuri Regem Romanorum in Casarem promovendum.* Et hic locus est ille ipse, quem ita interpretabimur, ut neganda sit illius extensio ad casum: si quidam COELECTORES tantum sint vocati. Ex solo terminorum intuitu jam apparet, iniungere illum locum omnibus COELECTORIBUS remissionem iuris, quod illis vi Sphi 2. tribuendum eo in casu: si plane nulli sint vocati, & hoc ipsum etiam omnes uno ore affirmant: An vero etiam ad remissionem sui iuris COELECTORIBUS hic iniunctam etiam referendus sit casus: si quidam solum vocati sint COELECTORES ab ELECTORE MOGUNTINO ad electionem REGIS ROMANORUM in casarem promovendi, omissis reliquis, in diversas abeunt sententias DD. Sunt enim qui affirmant non deficientibus aliis qui negant; uti hoc testatur LIMNAEUS ad capitulum: Ferdinandi III. pag. 746. seqq. ubi etiam cum censura copulatam collectionem rationum quibus utraque sententia a quibusdam fulcita sunt reperiemus.

§ IV.

Propositum præsens, cum sit, inter duas circa hunc locum obvenientes sententias negativam defendere, & ostendere Sphum 21. A. B. non disponere de eo casu: ubi ELECTOR MOGUNTINUS quosdam COELECTORES vocaverit, alios vero præteriverit, hæc nostra intentio exiget intimiorem intendere considerationem in verba AB. Sphi præcedent. adducta, & quæ in vernacula nostra ita communiter proponuntur. *Dasern aber der Churfürst in Ausfertigung und Einschickung solcher Schreiben vielleicht nachlässig oder säumig seyn sollte: Von der Zeit an mögen die Churfürsten, aus eigener Bewegniß, ohngewissen, nach ihrer Treue, damit sie dem Heil. Reich verwandt seyn*

seu, innerhalb dreuen Monathen, als wir kurz vorhero verordnet
haben, in offgedachter Stadt Franckfurt zusammen kommen und
einen Römischen König und künfftigen Kaiser erwählen. Cum
hic locus, uti docet sola contemplatio verborum, de iisdem
COELECTORIBUS loquitur, de quibus Sphus 18. A. B, qui exstat
in Spho 2do nostra pertractionis, verba facit. In hoc vero loco
COELECTORES singuli sunt, qui convenire possunt ad electionem
REGIS ROMANORUM, ergo etiam necesse No. 1 ut COELECTORES, in
loco praesentiales excipiamus, qui convenire possunt, ad e-
lectionem R. R: COELECTORES qui convenire possunt, sunt coe-
lectores convocandi, (§. 2.) ope igitur conclusionis praee-
dentes accipimus N. 1. agere hunc locum de COELECTORIBUS
convocandis: COELECTORES convocandi sunt, qui convenire
possunt, (§. 2.) atqui COELECTORES impedimento insuperabili
gaudentes v. g. proscripti, ut convenire haud valeant, sunt qui
convenire haud possunt, (quod per se patet) No. 3. statigitur con-
clusio: COELECTORES impedimento insuperabili gaudentes ut
convenire haud valeant, in hoc loco non sunt COELECTORES con-
vocandi Locus noster agit de COELECTORIBUS convocandis:
(No. 2.) atqui COELECTORES insuperabili impedimento praedi-
ti conveniendi ad electionem R. R. non sunt in hoc loco coe-
lectores convocandi, (No. 3.) Ergo No. 4. COELECTORES impe-
dimento insuperabili praediti excludit locus noster. Facile
iam mihi dabis hanc veritatem: impedimentum insuperabile in
coelectore conveniendi ad electionem R. R. producere impe-
dimentum insuperabile & externum ELECTORIS MOGUNTINI
eundem convocandi, ut causa producit effectum: Cum autem
illud excludat praesens A. B. locus (No. 3.), etiam pro certo ha-
bemus removendam esse ab ELECTORE MOGUNTINO in hoc loco
illam determinationem, vi cuius ille esset praeditus insuperabili
& externo impedimento convocandi COELECTORES quosdam.
Proponimus igitur ex deductis observationem huius loci Immo
ELECTOR MOGUNTINUS in hoc loco consideratur liber ab impedimento
extrinseco in convocacione erga COELECTORES instituenda. Huius loci
Adnotatio: Ista fit: COELECTORES obligantur ad remissionem iuris,
si ex negligencia ELECTOR MOGUNTINUS convocacionem illorum intermi-
sser.

Affet. Hoc uti sola inspectio presentis loci docet, sic etiam ab hac veritate in memoria habentes veritatem: remissiones esse strictissimæ interpretationis, ascendimus ad scopum nostrum promoventem observationem ultimam & Illiam obligationem COELESTIUM ad remissionem in h. l. non extendi est ultra negligentiam & sic ad dolum.

§. V.

Quibus observatis in obvium A B. locum probabo: Si subjectum obligandum quibusdam membris, actum omnibus societatis membris exhibendum actu exhibet; obligationem activam promotivo offerens, tunc ommissio huius actus eodem tempore erga reliquos committendi dolo adscribenda est: si nullum impedimentum extrinsecum apparet.

Demonstratio. Cum subjectum obligandum actum omnibus societatis membris exhibendum quibusdam solummodo præstat; & in præstatione huius actionis obligationem activam, sive motiva sapientis obligantis cum actione commissa connexa sua exhibet motiva, (quod eloquitur hypothesis) ex tunc vult subjectum obligandum ut obligans intelligat se ipsum cognovisse obligationem suam in actione ab ipso commissa, (per princip. psychol.) & hinc obligans iuste facit si subjecto obligando rectitudinem quo ad intellectum tribuat. Quia vero porro subjectum obligandum non omnibus societatis membris eodem tempore actum obligationi convenienter præstat, & nullum apparet impedimentum extrinsecum (per hypothesin) necesse est ut adsit defectus rectitudinis vel quoad intellectum vel voluntatem. Prius per præced. haud est admittendum, posterius ergo est tenendum, nempe quod adsit defectus quo ad voluntatem, qui dicitur doli, per definit doli:) Ergo si subjectum obligandum quibusdam membris actum, omnibus societatis membris exhibendum actu exhibet, obligationem activam motivum sistens &c.

§. VI.

Specialiora hujus thesæos qui intendimus jam observamus
r)

1) ELECTOREM MOGUNTINUM omnes COELECTORES suos convocare debere ad elect. REGIS ROMANORUM, & quidem per patentes litteras vid. §. 18. Tit. 1. A. B. 2) adnotamus eundem ELECTOREM MOGUNTINUM etiam teneri ut intimet etiam per litteras obligationem suam activam tanquam motivum convocationis erga coelectores observata. Apparet hoc ex formula eiusmodi litterarum quam in extenso offert PFEFFINGER, ad vitriarium illustratum lib. 1. Tit. 6. §. 5. pag. 192. in quo loco verba ELECTORIS ita sonant. *Solchem nach ersuchen und fordern wir E. Liebden hiemit in Krafft und nach Anweisung des H. Rom. constitution, wie auch Churfürsten Vereine und unsers tragenden Erb-Canzler Amt wegen mit diesem besiegelten offenen Brieff auf gemeldeten (inseratur dies) Tag zu erscheinen.*
§. VII.

Nunc ad ipsam conclusionem probandam progrediemur, quæ est: constitutio AB. §. 21. Tit. 1. proposita COELECTORES obligans ad remissionem neglectæ ab ELECTORE MOGUNTINO convocationis non extentenda est ad casum: si dictus ELECTOR quosdam COELECTORES rite convocasset, reliquos vero convocare omisisset.

Demonstratio. Ponamus contrarium, extendendam scilicet esse constitutionem etc. extunc ELECTOR MOGUNTINUS vi constitutionis considerandus est subiectum quod liberum fuit ab omni impedimento extrinseco in convocatione erga reliquos observanda. (per observat. 1. in hanc constitut. §. IV. exhibitam). Cum igitur porro hypothesis effert ELECTOREM eundem, quosdam rite convocasse, asserendum eum obligationem activam tanquam motivum factæ convocationis obtulisse (per not. 2. §. VI.) Denique etiam vi hypothef. fatendum ELECTOREM eundem erga reliquos eodem tempore, cum quosdam rite convocaverit, convocationem omisisse. Per deducta igitur exhibendus esset tale subiectum quale §. V. constitit, & quod est dolosum (per §. eund.) ELECTOR MOGUNTINUS, & vi adsumti etiam esset ad constitut. §. 21. Tit. 1. A. B. extendendus. Ergo extendenda esset remissio in h. 1. ad dolum, quod cum sit absurdum (per
Ob-

Observat. 3. §. IV.) apparet constitutionem A. B. non extendendam esse ad casum si ELECTOR MCGUNTINUS quosdam COELECTORES rite convocasset, reliquos vero rite convocare omisisset

Hæc pauca sint, quibus thesin nostram commendare volumus. Restat ut adhuc TIBI MEO CONIUNCTISSIMO ET COGNATO HONORATISSIMO hodie conferendam dignitatem magisterialem ex animo & sincere gratuler. De industria dico animum meum veræ gratulationis plenum, vinculum enim cognationis, quod mihi tecum intercedit non admittit, ut egregias animi tui dotes præclarasque scientias quibus ornatus es, et quæ te hæctenus dignum facultis, quæ te jam honore afficit, demonstrarunt Candidatum, gloria & prædicatione efferam. Gratulatione igitur mihi relicta eam ita persequar: Det DEUS dignitatem præsentem TIBI bene & feliciter evenire. Huiusvoti mei spem mihi faciens divino, fore ut non modo ex proprio voto in posterum vivas, sed ornamento quoque familiæ tuæ maximo sis.



sein, innerhalb dreuen Monathen, als wir kurz vorher verordnet
 haben, in offgedachter Stadt Franckfurt zusommen Kommen und
 einen Römischen König und künfftigen Keiser erwählen. Cum
 hic locus, uti docet sola contemplatio verborum, de iisdem
 coelectoribus loquitur, de quibus Sphus 18. A. B, qui exstat
 nostræ pertractionis, verba facit. In hoc vero loco
 singuli sunt, qui convenire possunt ad electionem
 eorum, ergo etiam necesse No. 1 ut coelectores, in
 vitales excipiamus, qui convenire possunt, ad e-
 . R: coelectores qui convenire possunt, sunt coe-
 nvocandi, (§. 2.) ope igitur conclusionis præce-
 dimus N. 2. agere hunc locum de COELECTORIBUS
 : COELECTORES convocandi sunt, qui convenire
 .) atqui COELECTORES impedimento insuperabili
 g. proscripti, ut convenire haud valeant, sunt qui
 aud possunt, (quod per se patet) No. 3. statigitur con-
 electores impedimento insuperabili gaudentes ut
 aud valeant, in hoc loco non sunt COELECTORES con-
 us noster agit de COELECTORIBUS convocandis :
 vi COELECTORES insuperabili impedimento prædi-
 adi ad electionem R. R. non sunt in hoc loco coe-
 nvocandi, (No. 3.) Ergo No. 4. COELECTORES impe-
 superabili præditi excludit locus noster. Facile
 is hanc veritatem : impedimentum insuperabile in-
 conveniendi ad electionem R. R. producere impe-
 nsuperabile & externum ELECTORIS MOGUNTINI
 vocandi, ut causa producit effectum : Cum autem
 at præsens A. B. locus (No. 3.), etiam pro certo ha-
 vendam esse ab ELECTORE MOGUNTINO in hoc loco
 inationem, vi cuius ille esset præditus insuperabili
 impedimento convocandi coelectores quosdam.
 igitur ex deductis observationem huius loci Imma-
 GUNTINUS in hoc loco consideratur liber ab impedimento
 nvocatione erga COELECTORES instituenda. Huius loci
 da sit : COELECTORES obligantur ad remissionem iuris,
 ELECTOR MOGUNTINUS convocationem illorum intermi-
 sissor.

